

15.11.

Sigismundus I. Rex Poloniae;
Cardinali Sancto Quatuor
Protectori Regni.

172

Reverendissime. Iste adole:
scens Joannes Karbek subditus No:
ster habet jam pruden. actionem
cum quibusdam fratribus suis su:
per jure natalium, que, ut refert,
pluribus Annis in rota versata et
agitata ab quassam probationum
difficultates adhuc finem accipere
nequivit, mittit nunc autem istu
ampliores instructiones, ut deducta
ad lucem veritate tandem sine
videat optatum. Rogamus i:
gitur dignetur Vestra reveren:
tissima Dominatio in ipsa sua
causa tantum ei auxilij presta:
re, quantum intelliget ex vi e:
quitatis id sibi licere. Quam
quidem equitatem supragaturam
sibi esse non dubitat, modo adit
ejus autoritas, que in re confi:
cienda facilitatem prebet si:
mul et celeritatem. Bene va:
leat Vestra Reverendissima
Dominatio, et nos habeat com:
mendatos. Dat. Lit. ~

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]